



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Decreta Provinciae Mediolanensis Sv̄b B. Carolo Borromeo, Cardinale  
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]  
voluminibus edita

**Speciano, Cesare**

**Brixiae, 1603**

Tit. VIII. De III, Qvae Fivnt A Praelato sine consensu capituli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10553**

Vicarius, Sede Episcopali vacante, qualiter eligendus.  
Cap. IIII.

**C**apitulum, Sede Episcopali vacante, Vicarium constituat, confirmet ve, qui omnino iuris Canonici Doctor sit: quòd si huiusmodi vir in collegio, capitulo ve non extat, alium de capitulo, qui quàm maxime potest, idoneus sit, deligere poterit.

Concil.  
Trident.  
Sess. 24.  
ca. 16. de  
reform.  
sup. cit.

Eidem Vicarium semel electum, mutare ob causam licebit, modò alium octo dierum spatio constituat: alioquin illius eligendi facultas ad Metropolitanum, aut ad eius antiquiorem suffraganeum, sede Metropolitana vacante, pertinebit.

Electio ve in controuersiam, aut in dubium adducta, is electus censetur, qui à capituli maiori parte delectus fuerit.

Semel electi, qui non mutantur. Cap. V.

**N**e verò æconomus, cateriq, officiales semel electi à capitulo mutantur, nisi ea electio etiam viuente Episcopo ad capitulum pertineat.

Locum tenentes à quibus constituendi. Cap. VI.

**V**icario autem, alijs ve officialibus absentibus, substitutorum electio ad Vicarium, non ad capitulum spectet.

Ratio de administratis qualiter, & quibus reddenda.

Cap. VII.

**C**um Vicarius, alijs ve ex officialibus à suo munere amouendus erit, fiat capitulo Vicarium ipsum, officiales ve ad reddendam rationem administrati muneris compellere, eosq, pro modo culpæ, etiam non expectato nouo Prælato, punire; qui nihilominus eandem administrationis rationem, quam sede uacante reddiderint, exigere possit; atque in eos, quamuis per capitulum absoluti essent, animaduertere, ut iuris erit.

DE III, QUAE FIUNT A PRAELATO  
sine consensu capituli. Tit. VIII.



**Q**UIBUS in actionibus, aut deliberationibus æcumenica Tridentina Synodo, aut Prouincialibus Concilijs constitutum est, de capitulo, cleri ve consilio aliquid agendum esse, non propterea tamen illud sequendi necessitatem sibi impositam esse Episcopus existimet, nisi in ijs tantum, de quibus id speciatim, nomi-